The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Resurrectio ad
cum fonte primo

Nunquid
stultissimum dices, si quis existimet lucerne peius esse cum extincta est quam antequam extinguitur? Nos quoque extinguimur.

Quid enim refert utrum incipias an desinas cum utriusque rei hic sit effectus non esse?

Seneca LV. epistola.

Rogo, non
stultissimum dicas si quis existimet lucernae peius esse cum extincta est quam antequam accenditur? Nos quoque et extinguimur
et accendimur: medio illo tempore aliquid patimur, utrimque vero alta securitas est. In hoc enim, mi Lucili, nisi fallor, erramus, quod mortem iudicamus sequi, cum illa et praecesserit et secutura sit. Quidquid ante nos fuit mors est; quid enim refert non incipias an desinas, cum utriusque rei hic sit effectus, non esse?

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 54, 5 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.143-4, ll.27, 1-7).